UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum exemptione ab ordinaria iurisdictione

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium Declarationibus illustratus ; omnibus in judicio Civili & foro Ecclesiastico versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

44. Exemptus contra exemptum, an utatur privilegio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61886

Visual Library

recedendum *late Franc.cap.1.§.ex parte numer. 2. cum add. de conceſſ. præbendæ in ſexto.*

QVÆSTIO XXXXIIII.

Exemptus contra exemptum an utatur privilegio.

HIc articulus ad varios caſus deduci poſſet, quemadmodum videre eſt apud Doctores dum differunt & multipliciter diſtinguunt, an privilegiatus contra pariter privilegiatum uti poſſit ſuo privilegio. *Barth. & DD. Auth. quas actiones numer. 3. cum add. C. de ſacroſ. Eccleſ. Io. Andr. in cap. 1. de jure patr. in 6. cap. in præſentia ubi Abb. col. 12. verſ. & quoniam iſte articulus, item Fel. num. 30. de probat. Barth. l. verum §. item quæritur in 1. not. de minoribus, diſtincte Franc. in d. cap. 1. §. verum num. 4. de jure patr. in 6.* ſimiliter de privilegii retorcutione nihil attinet hic dicere, videri tamen poterit Rebuffus de privilegiis ſcholarium *privilegio* 178. *nu.* 3. Loriotus *in apicibus juris tit. de privilegii retorcutione per tot.* Quod vero ad deciſionem hujus quæſtionis, num privilegiatus de certo judice, ſi agat contra pariter privilegiatum, quid juris ſit ſtatuendum? vide Io. Andreæ, *cap. 1. de privilegiis in 6. adde additionem ad ſpec. de compet. jud. adit. §. 1. n. 16. glo. fin. par. 2.* Paucis prævalere privilegium rei refert Imbertus *inſt. forenſ. lib. 1. cap. 27.* ac confirmat Peckius in quæſtione ſcholaris Lovanienſis contra Duacenſem *de jure ſiſtendi cap. 5. n. 4.* quam argumentationem ad has exemptiones duci poſſe, infra non rarò tradidimus. *v. infra quæſt. ſeq. num. 5. & paſſim.* Qua de re etiam Collectarius, quem vide diſtinguentem *in cap. cum & plantare num. 10. de privileg.* & plene Geminianum *cap. 1. §. & id ipſum num. 3. eod. in 6.*

QVÆSTIO XLV.

An exemptus poſſit eſſe arbiter?

SUMMARIUM.

1. *Edictum de arbitris eſt permiſſorium.*
2. *Exemptus ut ſit arbiter, cogi ab ordinario non poteſt.*
3. *A laudo ad quem appellandum.*
4. *Majus dignum, trahit ad ſe minus.*
5. *Proportio fori inter exemptos, clericos, vaſallos, &c.*
6. *A laudo ad quem appellandum.*
7. *Diſpoſitio circa metiens, an extendatur ad menſ. m.*